

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Johannes Svenonis Flacherus

Disputatio Theologica De Peccato In Spiritum Sanctum

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740880071>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1672

Varenius, Aug. / 6



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740880071/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740880071/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740880071/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740880071/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740880071/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740880071/phys_0004)

DFG

2.)

I. N. f
DISPUTATIO THEOLOGICA
De
**PECCĀTO IN
SPIRITUM SAN-
CTUM,**

Quam
MODERANTE JEHOVAH

Cūm Consensu & approbatione venerandæ
FACULTATIS THEOLOGICÆ

Sub PRÆSIDIO

Magnifici Amplissimi ac Excellentissimi

**DN. AUGUSTI VA-
RENII, S.S. Theol, D. ejusdem-**

que Profess. celeberrimi Ducum Mech-
lenb. Consistorii Assessoris gravissimi, Fac.

Theol. Decani spectabilis

Favitoris ætatem devenerandi

Publicæ Θεολογίας συζητήσιμη

M. JOHANNES SVENONIS FLACHE-


RUS, Smolandia Svecus.

AUTOR ET RESPONDENS.

Die 16. Martii, Anno M. DC. LXXII.

ROSTOCHII, Typis JOHANIS KILII, Acad, Typogr.

DISTRIBUTIO THEOLOGICA
PROGATIONE SPIRITUS SANCTI
CLOMUS
MODERANTE BEHONAH
FACULTATIS THEOLOGICAE
ZARASVADIO
DNI AUGUSTIA
RENI 1333
dne Holgeri celesti huius Ducum Meckl.
Iacob Cottusii Abelloris Brasiliensis Fsc.
Ludolf Decani Regispolie
Familiae Riesium deutscher filius
Pepitus amiculus regis eiusdem filius
JOHANNES SAVONIUS FLACHE
RHS. S. Quidam Secr.
ANTONIUS RIBERGUS
BENEDICTUS VITELLUS
EGO HOC LIBERUM TUTUM IUSTUM





Proloquium.



Audimmo r̄ò conqueritur Augustinus gravissimus ille Hippone-
sium Antiltes Tom. 10. Serm. II. de ve-
bis Dom. Articulum hunc de peccato
in Spiritum Sanctum usque adeo diffi-
cilem esse, ut imparem se invalidum-
que esse fateatur quicquam circa e-
um vel aggredi vel statuere, ni su-
premi Numinis advenerit robur vir-
tusque quæ ipsum confortare one-
rique sustinendo planè importabilem idoneum reddere posset.
Verba ejus eit. l. hæc sunt. *Magna quæstio de recenti Evangelii-
ca lectione proposita: cui solvenda quantum ad nos attinet impares
sumus: Sed sufficientia nostra ex DEO est, quantum ejus adjutorium
vel accipere vel capere possumus: Prius ergo magnitudinem adver-
tite questionis, ut cum ejus molem humeris nostris impositam videri-
tis, oretis pro laboribus nostris, atque in auxilio quod nobis præbetur,
invenietis adificationem mentibus vestris. Non abs re itaque est
ut & nos tam difficilem iatricatamque aggressuri materiem,
eamque quæ multorum doctissimorum, ac judiciosissimorum
exercuerit ingenia, parili ratione, in suspicio, ardentissimas de-
Sancti Spiritus menti nostræ facem prælucantis viamque com-
monstrantis adstantia, preces resolvamus, præcipue cum ani-
madvertamus magni nominis Theologos alicubi hic in diver-*

fas easq; contrarias abire sententias, unde difficultas ejus præcipue exsurgit enasciturque. Quidam enim eorum statuunt peccatum hoc nonnisi ab iis qui intra Ecclesiæ repagula sunt, committi; alii etiam ab iis, cum qui extra ejus pomœria consti-tuti, tum qui in eâ, non tamen de eâ, id ipsum patrari, summo conamine contendunt: gemina huic movetur alia inter doctores quæstion. & simpliciter, an vero *erga* & secundum quid, sit irremissibile cœtera divortia pressis prætereo labris, cum in disputatione commodior ea tangendi de-tur locus. His vero pugnantibus inter se opinionibus im-misceri non videtur exigui esse laboris vel etiam periculi: diu itaque ambiguus steti, urgebat Materiæ sublimitas ac Majestas, deterrebat difficultas; omne tandem dubium rumpebat au-thoritas Megalandri nostri Lutheri, exactum judicium Chem-nitii. Præterea Meisneri & Hunnii eruditio & dexteritas ani-mum addidit; his me associavi, placita eorum arripui, eoque lubentius, quò veritas apud eos mihi visa luculentior, proba-bilitas firmior, & dignitas major, obsequium pollicens consen-sumque ultroneum: ea namque inter discrepantes eligenda est sententia, quæ quam maximè est analoga fidei, conscientiam tranquillat ac desperationem ab ea abigit. Jam veni Sancte Spiritus illumina veritatis fulgore mentem nostram ne in er-rorem prolabamur, dirige gressum nostrum ne cespitemus, sove virtutis ac roboris tui calore animum ut ea sapiamus quæ tuæ voluntati conformia sunt! esto noster dux! sic à via tua nun-quam aberrabimus!

Preliminare.

§. I.

Quam rei obscurandæ obnubilandæque magnum momen-tum præstet vocis ambiguitas, operæ pretium est, ut ab his involucris terminos prius depuremus & liberemus, hinc fu-turum

turum, ut tenebris dispulsi, genuina ac nativa sua luce res ipsa radiet coruscetque.

§. II. Sub voce peccati hic non considerandum venit quodvis peccatum, sive id in genere consideratur & abstrahitur ab originali & Actuali, adeoque in latitudine sua accipitur: sive specialius prout includit vel *originale* (quod est vitiosa illa lues ac pernicioſiſſima Contagio in omnes homines ab Adamo usque derivata, penitissime pertinacissimeque inhærens. Sic namque totum humanum genus huic Peccato obnoxium foret: siquidem omnes in peccatis concipiuntur Psal. 51. ac ideo sunt naturā filii iræ: licet hujus reatus seu culpa, vi ac efficacia truculentæ mortis & gloriolæ resurrectionis Christi in tantum sit sublata, ut nihil virium ipsi supersit, quibus renatis in damnationem obesse possit Rom. 8. quamquam materiale ejus adhuc radicitus naturæ infixum manet.) vel *Actualē* indiscriminatim sumptum pro quaunque actuali *ἀταξίᾳ*: sed solūm pro ea quæ committitur in Personam & officium sanctissimi Spiritus, unde appellationem sortita abs ipso Conservatore Christo Iesu quod *βλασφημία τε πνεύματος* Matth. 12. 31. nuncupetur.

§. III. Nec vox Spiritus ejusdem ubique deprehenditur esse significationis. Missis igitur aliis, quibus notat ventos, animam humanam, Angelos, Doctores tam bonos quam malos, excellentia animi dona & ingenii dotes, iram, Evangelii doctrinam, peculiaria Spiritus Sancti dona, &c. (quæ ut remota nimis ac prorsus aliena prætereunda hoc loco sunt) quia ponitur, vox *Spiritus*, cum addito *Sanctus*, altius quid ac sublimius denotat & *καὶ ἐξοχὴ* seu secundum eminentiam S.S. Trinitati tribuitur, quatenus e. c. de totâ S.S. Trinitate clamant Seraphini: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth.* Jes. 6. 3. & de ipsa divina essentia Spirituali, tribus divinitatis Personis Communi Joh. 4. 24. dicitur: *Deus est Spiritus, et qui adorant eum, oportet ut in Spiritu et veritate adorent.* Per Spiritum vero

verò cum addito *eternum* intelligitur ipsa *æterna Christi Deitas*, potentia ac virtus Heb. 9, 14. 1. Pet. 3, 18. licet facilè concilientur quotquot ex nostris Theologis Hebr. IX. 14. Spiritum *æternum* explicant de ipso Spiritu Sancto, quo Christus *sanc tus non ad mensuram* Ps. 45, 8. Joh. 3, 34. executus est grande satisfactionis & redemtionis opus Isaiae 61. 1. & seq. vel notat Personam divinam charactere hypostatico determinatam sc. à Patre filioque in effabiliter procedentem, quæ ita Sancta dicitur cum ob Essentialem Sanctitatem, tum ob operationem, vim & efficaciam sanctificationis, qua in collustrandis illuminandisq; fidelium cordibus pollet, unde Spiritus Sanctificationis Rom. 1, 4. vocetur habita sc. in illâ communi operatione ipsius manifestationis, ordinis, & personalis proprietatis ratione.

§. IV. Homonymiam excipit Synonomia, qua per alias atque alias voes eadem res exprimitur: dicitur enim peccatum in Spiritum Sanctum. 1. Βλασφημία πενιατος & dictum καὶ τὸ πενιατός. Iou. ἀγίου Matth. 12, 31. Marc. 3, 29. 2. πράγματα Hebr. 6, 6. 3. peccatum ad mortem 1. Joh. 5, 16. 4. Peccatum singulare. Botlacc. Moral: Gedanensi voce peccatum. 5. Desperationis & obstinationis peccatum Lombard. 1.2. d. 43. lit. a. sent.

§. V. His breviter præmissis, ad ipsam delaberemur rei evolutionem, ni prius nos moraretur dicturos, qua methodo ac via in præsens ventilanda nobis sit disputatio. Prolixitatem ac amplitudinem materiæ hujus quanta unquam fieri possit brevitate constringem, quod commodius non fiet nisi eandem succinctis capitibus complectamus. Disquisituri Primo de Existentia hujus peccati in Spiritum Sanctum. Secundo de Essentia sive Definitione ejusdemq; requisitis & adjunctis. Tertio de Subjecto. Quibus exactè prout res institutique nostri ratio postulat, expositis, speramus nos potiorem partem negotii hujus confessuros & quid potissimum quæstio in recessu habeat explanaturos: sicut autem à Deo principium: ita quoq; medium ac finis!

CAP.

CAPUT I.

De Quæstione An sit?

§. VI. Rationem dubitandi de Existentia Peccati hū-
us exhibet nobis primò, Argumentum desumptum ex Operi-
bus DEI ad extra quæ indivisa sunt omnibusque S.S. ^{Tradit G} personis communia, hinc colligitur: quod uni Personæ Divini-
tatis assignatur; idem ipsum pariter vel alteri tribuendum, vel
labefactari eopse negotio Essentiæ divinæ identitatem. Certo
ramen certius est unicuique Personæ ^{ad hanc}, & ^{ad hanc} tribui
singularia quædam opera, quibus se ad extra id est circa Creatu-
ras sive à se conditas res manifestarunt: qui vero aliquod isto-
rum operum divinitatis, aliis præter Deum ascriberet vel ad mi-
nimum detraheret illi cui id peculiariter per manifestationis
gratiam competat, incurreret omnino in Crimen læsæ istius
Personæ.

§. VII. Sic salvo illo Nazianzeni de operibus divinis ad
extra Axiomate: *Id quod agit una est tribus Personis communis Dei-
tas*, ratione patefactionis Primæ Divinitatis Personæ Opus Crea-
tionis tanquam proprium attribuitur, in Symb. Apostolico, qui
vero id ipsum Deo derogare vellet, & cum Ethnico quodam di-
ceret, omnium semina natura in se coëunte densata, fortuitis Con-
cussionibus totius mundi membra coalita digesta formata; sidera
licet ignis accenderit, & cœlum sua materia suspenderit: licet ter-
ram fundaverint pondera, & mare licet influxerit liquor; animal &
omne quod nascitur, inspiratur attollitur, elementorum ut volunta-
ria Concretio est: in qua rursum homo & omne animal dissolvitur,
dividitur, dissipatur, ita in fontem refluunt, & in semet omnia re-
volvuntur, nullo artifice, nec judice nec auctore. Octav. de Ido-
lorum Vanit. nonne injurius in ipsum Creatorem foret, cuius
præcipuum opus ac peculiare beneficium est Creare? ille-
non

non solum nervosè refutat Cœcilius; dum insit sacrilegii vel
maxime instar est humi querere, quod in sublimi debeas invenire: quo magis mibi videntur qui hunc mundi totius ornatum, non divina
ratione perfectum volunt, sed frustris quibusdam temere coherentibus
conglobatum, mentem, sensum oculos denique ipsos non habere,
quid enim potest esse tam apertum, tam confessum, tamq[ue] perspicuum,
cum oculos in Cœlum sustuleris, & que sunt infra circaque lustraveris,
quam esse aliquod Numen præstantissima mentis, quo omnis natura
inspiretur, moveatur, alatur gubernetur? &c. Sed etiam Cicero
Ethnicus tom. 4. l. 2. de naturâ Deorum p. 235. ita ajens: ad hanc
providentiam naturæ tam diligentem tamque soleritem, adjungi multa
possunt, ex quibus intelligatur, quantæ res hominibus à Deo quam-
que eximie tributa sint: qui primum eos humo excitatos, celsos &
erectos constituit, ut Deorum cognitionem cœlum intuentes capere
possent: sunt enim è terra homines, non ut incole atque habitatores,
sed quasi spectatores superarum rerum atque cœlestium, quarum spe-
ctaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. His si fa-
cerum literarum adjungeremus effata, validius adhuc quid
duam convinceretur, sed sufficit Ethnicum Ethnico refutasse.

§. VIII. Secunda Divinitatis Personæ proprietas est Re-
demptio ac plenaria satisfactio pro peccatis hominum ipsaque
sic acquisitionis Ecclesiæ facta proprio Dei sanguine Act. 20, 21. Si
quis verò perversus homo èo prolaberetur vesania, ac errore
dementatq[ue], ut vel aperte ac nude id denegans cum Pharisæis ac
Judæis Matth. 26, 63, vel subdole ac insidiose oppugnans Chri-
sti Divinitatem eumque ex semine Josephi natum cum Ebione
& Cerintho contenderet, vel ex Spiritu Sancto & virgine sic pro-
ductum cum Theodoro Byzantio statuisset, & merum adeo na-
turâ ac personâ hominem cum Artemone, Paulo Samotreno
& Photino asseruisset, vel cum Porphyrio Ethnico Christum
quidem fuisse hominem sapientissimum ac pietate præstantis-
simum, verum Deitatem ipsi affectam à Discipulis, pro affectu in
Præce-

præceptorem vel cum Mahumedianis in totum negantibus Divinitatem Christi oppugnaret uti legere est in Sampfatis ad Mele-
tium Epistola & Alcorani azoaris non unis, hi omnes Spiritu vertiginis acti & propudiosi mortales in hoc convenerint, ut opus redēptionis & Salvatiōnis Christi annihilare, fidemq; ei detrahere, quo nihil Contumeliosius in Personam filii.

§. IX. Opus denique Sanctificationis & Illuminatio-
nis, salvâ quâ rem ipsam operis ad extra velut indivisibilis com-
munione, Spiritui Sancto proprio ac peculiari quod am modo
tribuitur. Non defuerunt insani ac absurdī mortales qui
Spiritū Sancti personam ac divinitatem non tantū in dubiu-
m vocarunt quin manifestè abnegarunt. Clamat Histori-
corum monumenta quendam Simonem Magum execrande
stoliditatis hominem; qui Personam S. Spiritus sibi nefando
ac sacrilego scelere venditavit, se nominans infinitam poten-
tiā Judæis ut filium apparuisse, ad Samaritanos tanquam
potentiam descendisse, ad alias verò gentes tanquam Spiritū
Sanctū accessisse, referente Theodoreto de fabul hæret. Huic
haut absimilis Manes semetipsum Spiritū S. & paracletum
esse dicitans. Erat quidem Hierax Leopolitanus Ægyptius
qui Melchisedecum Sp. S. esse non sine errore adseruit: teste
Epiphanio. Valentinus Spiritū S. Angelum esse, gradu sal-
tem aliis superiorem impiè firmavit uti ex Iren. lib. I. c. 20.
constat. Nec minus à Sathana dementati Sampfæi qui Spir-
itū S. sororem Christiesse, habitu fœmineo præditam blasphemè
delirarunt. Montanistarum Cataphrygum & Pepuzia-
norum monstrosa assertio fuit, Spiritū Sanctū non tam
plenè perfecteque super Apostolos, quam super Montanum
ejusque Prophetissas effusum esse. Personam quidem eamq;
rationalem ac per se subsistentem, Spiritū S. esse conce-
dunt Arriani sed quæ Patre filioq; longè minor utpote quæ
utrique servilia præstet munera. Photinianis hoc placet de-
lirium

lirium per Spiritum in sacris non denotari singularem ac distin-
ctam in Divinis personam, sed vel virtutem ipsius Dei Divinam
vel præclarum donum Dei in hominibus: fuere & alii miserè
infatuati & à Spiritu maligno fascinati homines, quorū nomis
na atro carbone notata deprehendimus, ut Aetiani, Eunomia-
ni, Macedoniani: illi Filium dissimilem Patri & Spiritum S. filio
asseruerunt: hi Spiritum S. esse creaturam, adeoque divini-
tatem ejus quanto unquam poterant studio impugnarunt:
his subjungi potest quoque Petrus Abailardus qui Spiritum S.
à Patre filioque procedere professus est, abs Patris filiique sub-
stantia prodire strenuè negavit, quis modernorum Sociano-
rum Volkelii Smalcii Ostorodi dogmatum portenta plus quam
diabolica ignoraverit? Hi omnes quod Personam Spiritus S.
attinet, turpiter hallucinati sunt: verùm quamvis hæc tetigisse
non adeo inanis labor est, hoc loco tamen magis attenditur
sanctissimi spiritus munus ac officium cuius ut & effectorum
ac donorum, quæ à Spiritu S. proficiscuntur: sed impiorum pe-
dibus conculcantur, respectu, peccatum in Spiritum S. dicitur.

S. X. Ut jam ē diverticulo in viam redeamus quam-
quam unicuique personæ SS. Trinit. talia opera ad extra com-
petant, nec nominatæ personæ unâ excludantur reliquæ Perso-
næ divinitatis, sed includantur, ob identitatem Essentiæ Maje-
statis ac Potentiarum tamen illud salvo ordine, & salvâ cuiusq;
personæ proprietate. Manet itaque adhuc firmum ac immo-
tum non posse quicquam in his operibus quæ in rebus creatis
se exerunt, alicui certæ personæ tribui exclusivè sic ut ia
communionem ejus sub ratione principii non veniat quoque
altera, vi istius Canonis, opera Trinitatis ad extra sunt indivi-
sa. Illuminare ac sanctificare, testari de veritatè cœlesti, eam-
que obsignare in cordibus fidelium, est opus ad extra Spiritus
S. E. & Patris & Filii & per consequens quicunque hujus
scil. Spiritus S. opera abnegat rejicit oppugnat, non solum
convic-

convincitur speciatim peccati in Spiritum S. reus esse: sed & in Patrem Filiumq; peccare.

S. XI. Verum facilis est responsio. Et isti regulæ subordinanda est altera. Opera ad extra ubi absolute considerantur, tribuntur toti Trinitati sine discrimine: sin relate, consideranda est cuiusque personæ proprietas, & quo ordine persona agant, prout graviter notatum Chemnitio L. C. Sic in exemplo præsenti: si enim Personæ absolute & ratione essentiæ considerantur, non potest unius earum quicquam attribui quin propter essentiæ unitatem idem & alteri competat. Sin vero distinctim & relate servato ordine ac proprietate cuiusq; Personæ, longè alia res est, ac eo respectu dicitur hoc peccatum in Spiritum S. patrari: cuius ad extra Personalis proprietas est ut ejus afflatus instinctu ac operante gratiâ de veritate coelesti certi, fortiter convicti reddamur.

XII. Secundum quod oponitur argumentum à definitione depromptum quæ exstat i. Joh. 3. i. ἡ ἀμαρτία ἐστιν ἄροτρία, peccatum est aberratio seu deviatio à lege divina. Peccatum verò in Spiritum S. talis ἄροτρία non est, directè enim non oppugnat lex quæ de Messia ejusque beneficiis nihil novit, & meras minas easque atrocissimas sui transgressoribus indicit. Respondetur, verum esse peccatum in Spiritum S. non esse objectivè formaliter ἄροτρία seu aberrationem à lege divina: si lex solitarie & strictè sumatur. Lex enim per se, moralis scilicet, non novit Christum, nec prædicat non annunciat gratiosam peccatorum remissionem adeoque non mollit neque solatur Conscientias; sed contra terret potius, concutit, horrore & tremore perstringit corda hominum, vulnerat, sauciat, non obligat, mortificat non vivifcat, iram & maledictionem inculcat, non salutem & vitam: perfectam obedientiam levare ac rigorose exigit, non connivet non indulget; de solamine itaque nihil sollicita, medicaminis nullam gerit curam: Sed illustrata Evangelii rādiis consequen-

ter nova potitur luce, adeoque agnoscit Christum suum esse complementum & consummatorem, qui rigorem ejus sua obedientia abolevit seipsum interponendo pro nobis dum pro culpa nostra satisfecit, cruciatum & maledictionem sustinuit, iram sustulit, nosq; sibi cohæredes constituit. Hæc lex ab Evangelio edicta ad Christum alegat quem mens in Evangelio amplectitur. Jam vero postquam eum agnovit approbavit ac de eo velut fiduciæ & salutis objecto ex solo Evangelio convicta est, ubi post modum illum visum parvum eminens in Lege, partim minus in Evangelio ostensum & apprehensum totaliter excutit, nonne *avopius* rea censebitur? Et sic quia legem Evangelii lumine collustratam transgreditur omnino peccator jure meritoq; ab ipsâ Lege censebitur.

CAPUT II.

De Definitione.

§. XII. Antequam vera abs nobis exstruatur Definitio Iubet aliorum erroneous ac fucatas in medium proferre Definitiones, ut vero & falso juxta se positis melius faciliusq; dignoscatur verum.

§. XIV. Suspecta nobis est primum Origenis & Socinianorum, qui statuunt *quodvis* peccatum post baptizatum esse peccatum in Spiritum S. 2. Hilarius censet blasphemiam in Spiritum S. esse eam *qua quis negat Christum esse Deum.* 3. Ambrosius l. 1. c. 3. de S. S. peccatum dici in Spiritum S. cum Spiritus S. divinitas & majestas negatur. Idem alibi lib. 2. de pœnit: c. 4. existimat esse schisma vel Simoniam *qua e. c. Simon Magus pecunia volebat emere Spiritum S. à Petro.* act. 8. 4. Philastrius in hæresi Rhetorii putat esse hæresin præsertim Eunomii, qui negabat Spiritum S. esse Deum. 5. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum. num. 28. blasphemiam in

am in Spiritum S. ait, esse omne peccatum in Deum commissum; blasphemiam vero in filium hominis esse omne peccatum in hominem perpetratum. Idem Cyprianus lib. 3. Epist. 14. blasphemiam in Spiritum Sanctum censet esse, negationem fidei in persecutione. 6. Richardus de sancto Victore agens de blasphemia in Spiritum S. ait esse odium & conditum Dei.

§. XV. Vera orthodoxa, & verbis Christi ejusque applicationi conveniens censetur haec esse. Peccatum in Spiritum Sanctum est blasphemia (hostili corde & ore concepita) quæ quis veritatem divinam s. Spiritus verbum atque opera, de quibus lectis & auditis vere divinis in conscientia convictus sit, petulanter & malitiose contra conscientiam, sive secundum totum s. secundum magnam ejus partem abnegat & blasphemè oppugnat, sicut quamvis admonitus nihilominus tamen contumaciter in truculentâ ejus oppugnatione finaliter perseveret.

§. XVI. Ut huic Definitioni sua constet veritas, ac firmitas in antecessum consideranda sunt, Genus quod est blasphemia seu prævaricatio blasphema. Reliqua differentiam constituunt, quod sc. sit blasphemia non quævis (nec enim datur saltem blasphemia quæ remittitur hominibus Matt. 12. 31. sed & in numero plurali dantur blasphemie remissibiles de quibus Marcus c. 3. 28. Amen dico vobis blasphemia quibusunque blasphemarint, remittentur Filii hominum, quorum pertinet dictum adversus Filium hominis Luc. 12. 10.) sed talis quæ in Spiritus S. officium dirigitur. Describitur autem ulterius peccatum in Spiritu S. i. ab objecto quod est verbum Dei, ejusq; appendices olim, miracula scilicet ubi nota i meretur, quamvis verbum in latitudine sua hic accipitur prout includit Legem & Evangelium, primariò tamen hic attendi Doctrinam Evangelii, eaq; vel totam dum singula religionis Christianæ capita infestantur uti fecere illi qui fidem Christianam prius professi; postea vero cum maximo salutis suæ æternæ detimento turpiter defecerunt, mancipia Sa-

rahæ facti sunt, ut Lucianus Samosatensis, Porphyrus, Julianus apostata & alii; vel ex parte, dum unū alterum vè Christianæ religionis caput s. fundamentum blasphemè oppugnatur vel erro-nea de eodem & scripturæ contraria foventur ac odiosè pro-pugnatur sententia: hujus commatis hæreticorum semper & hodienum quoque extitit seges, qui fœdissimis spurcissimis que suis dogmatibus spissas tenebras offunderunt clarissimæ scripturarum luci eamque sic conspurcarunt. De Carpocratiis ita infit Epiphanius, illos à Satana adornatos atque sub-missos esse in probrum & Scandalum Ecclesiæ Dei, quippe qui Christianorum sibi appellationem indiderint, ut per illos Scandalizentur gentes, & à Sanctæ Dei Ecclesiæ utilitate, & à vera prædicatione abhorreant, propter nefaria illorum scele-ra & incredibilem nequitiam, & Clemens Alexandrinus, Maxima ex eorum flagitiosa doctrina, ait, & vita manasse bla-phemiam in nomen Christianum, cum ipsi, Christi nomen in-duentes, & iis, qui in gentibus intemperantissimi sunt, incon-tinentius viventes, nominis probrum inurerent. Hujus furfuris multi ac innumeris fuere alii, quos omnes recensere nimis lon-gum foret. Secundario impugnatur quoque Lex non quate-nus est regula ac norma operum: sed quatenus doctrina seu medium est cognitionis peccatorum & accidente Evangelio salutaris conversionis. Ex lege enim agnitus peccati, hanc verò receptio in gratiam, remissio & pax Conscientiæ sequi-tur, prout hanc renovatio ac *πνεύματος* s. correctio vitæ, quin illud unicè operatur in nobis Sanctus Spiritus, partim per Mi-nisterium legis, partim Evangelii, unde utriusque respectu dici-tur peccatum in Spiritum S. quatenus Spiritui S. operanti per ministerium verbi (non solùm Evangelici: sed & legalis) non sine truculentâ ejus oppugnatione resistitur.

§. XVII. 2. à requisitis seu gradibus qui sunt veritatis agnitiæ, cum è verbo, tum ex operibus divinis, abnegatio,
oppugna-

oppugnatio, blasphematio & persecutio; Hic aliquantulum
subsistendum, omnesque mentis ac judicii nervi intendendi,
ut ad veram metam collimare possimus. Sunt quidam qui
statuunt formale peccati in Spiritum S. sibi non constare nisi o-
mnes hi gradus in Concreto ac simul sumantur: quidam fina-
lem impenitentiam, quidam irremissibilitatem pro formalis
ejus ratione venditant: verum salvis eorum judiciis, si res veri-
tatis lance ponderari debeat, aliud tenemus & distincta-
distinctè tractamus. Existimemus, eum qui in alterum horum
requisitorum impingit; ξενοφῶς sc. & extali, qualem Mo-
ses memorat radice odii Deut. XXIX. 18. oppugnando verita-
tem divinam sive ex toto sive ex parte, jam inchoatè commit-
tere peccatum in Spiritum S. quamquam non usque adeo
Consummatè ut is qui in omnes simul. Res exemplo fit Cla-
rior. Petrus salutis auspicem ter abnegando offendebat in pris-
num requisitum adeoque quædam quæ dantur in peccato in
Spiritum S. inchoative, patravit, etiam si id non ex malitia &
προαγέσται, sed magis ex timore, orto ex imbecillitate carnis in-
firmitateque humana, interim tamen timor iste illum non
excusasset juxta axioma Theologicum: metus non excusat in foro
poli & coram Deo: sed tantum in foro soli & coram hominibus vid.
Dunth in casib. conscient: quin æternum periisset, ni gratia divina
ipso gratio servatoris respectu declarata, eum prævenis-
set, precesq; conservatoris pro eo susa eum erexit, immit-
tendo dolorem ac contristationem, flerum ac ejulatum exci-
tando, mentem correctionis ac emendationis cupidam & avi-
dam infundendo, & peccati veniam dando. Similiter Pau-
lus non prorsus & omnimodè excusandus est, dum Ecclesiam
Christi adeoque ipsum Christum severissime persequutus est
ac vastavit uti de seipso fatetur i. Timoth. 1. 13, se fuisse blasphemum,
violentum & persequutorem acerrimum, quin secun-
dum quosdam gradus incurrit in reatum atrocissimi. hujus
pec-

peccati, uti Lutherus de ipso testatur Tom. 4. Witteb. p. 441
Da Paulus in der heiligen Sünde daher gieng: verfolget
und würget / strebt und suchte / wieder Christum / und die
Wahrheit etc. & paucis interjectis, sihe dieser hat auch ange-
lauffen / und wieder den Heiligen Geist gesündiget. Cum
tamen partim ex imbecillitate carnis partim occæcatione Dia-
boli; adeoque magis imprudenti quodam zelo & ex *αγνωσίᾳ*
non contra conscientiam, quippe fidei expers, non pertinaci-
ter in ea perseverans: sed emendationem ac correctionem Spi-
ritus Sancti admittens id commiserit, gratiam remissionemque
adeptus est: quod autem Paulus dicit se ignorantem hoc fe-
cisse, de Judæis quoque fatetur Petrus Act. 3,27. & Christus pro
Crucifigentibus se orat prætendens eorum nescientiam Luc.
23,34. & Paulus 1. Cor. 2, 8. hæc habet, sic cognovissent Domi-
num gloriae, non crucifixissent. Qui singuli loci intelligendi
sunt de iis, quatenus destituti erant *scientia τελευτῶν seu spiri-*
tuali, qua à Spiritu Sancto fide donati ac illuminati non erant:
nihilominus *literali ac γεγματινῇ cognitione quadam instructi*,
vel alia ratione respondendum. scilicet Distinguendo *inter sim-*
plicem Ignorantiam & Ignorantiam affectatam. Ignorantia sim-
plici quam plurimos id fecisse negandum non est: pro quibus
Christus serio orat ut illuminentur corda eorum rectiusque
sapiant de Messia Crucifixo; unde multi ex iis conversi deinde
sunt. Hi verò qui affectata ignorantia peccarunt propter ma-
litiam eorum evidentem & *θήρων τῆς αληθείας* quam habent
luculentiorem, gravius enormiusque peccant.

§. XVIII. Quò verò facilius id quod intendimus obti-
neamus, singulas proprietates peccati in Spiritum S. simul &
in Concreto sumptas non solum constituere peccatum in Spi-
ritum S. inchoativè consideratum: sed etiam separatim acce-
ptas, liber rem simili quodammodo adumbrare. Calor & fri-
gus distinctos habent gradus: sic quartus gradus à plurimis di-
citur

citur validissimus ac robustissimus propter intensissimum casum & intensissimum frigus, tertius gradus in calore & frigore remissior est; adhuc debilior ac remissior secundus, maximè debilis ac infirmus dicitur, primus, interim tamen primus gradus caloris vel frigoris verè calor ac frigus sit, propter definitionem caloris & frigoris quam verè obtinent, etiam si secundus gradus sit calidior, tertius adhuc magis calidus & quartus calidissimus, diversi enim gradus caloris vel frigoris non variant speciem, hoc est non aliam ac diversam caloris essentiam & definitionem: sed tantum sublimiorem & ponderosiorum gradum inculcant. Ita quoque se habet cum peccato in Spiritum S. quamvis $\kappa\alpha\tau\epsilon\zeta\chi\eta\pi$ & in eminentissimo gradu hoc peccatum committit qui in quarto gradu id est in omnes simul peccarit s. qui veritatem divinam legalem & Evangelicam planè agnitam, secundum totum, voluntariè, obstinatè & cum blasphemâ cordis & oris oppugnatione contra conscientiam, abnegat idq; incessanter & cum continuatione impenitentiae finalis: non tamen propterea à peccati hujus patratione planè eximendus fuerit is in quo unum vel alterum, sive actum, sive gradum non adeò reperire licuerit.

§. XIX. Quod finalis Impenitentia non sit formale, hujus peccati in Spiritum S. vel inde colligere est, quod Pharisai isti quos Christus Matth. 12. alloquitur arguebantur à Conservatore rei hujus peccati, quum tamen multi deinde, cum è stupendis miraculis istis in morte & crucifixione Christi, tum è Concione Pentecostali Petri act. 1: conversi sint ac sanam de Messia fidem conceperint ac confessionem ediderint: non tamen inficias imus quin ultrò concedimus finalē hanc impenitentiam si tandem accesserit, consumare hoc peccatum & illud sic reddi irremissibile, sic ut sit causa conclusionis pro inferendo peccato in Spiritum S. consumato, & ejus inchoati & continua ti adjunctum quoddam, seu necessarium consequens non verò

C ipsum

ipsum formale, sic ut ipsam essentiam peccati in in Spiritum S. constituat.

§. XX. Devolvimur tandem ad eorum scitum qui irremissibilitatem formale peccati in Spiritum Sanctum habent, innixi verbis Conservatoris Matth. 12. 31. πάντα ἀμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις οὐδὲ πνεύματα. βλασφημία ἐκ αφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις: unde illis in proclivi est ratiocinari quicquid sospitatori formale peccati est, illud nobis erit, atqui irremissibilitas illi sic est Ergo. Sane multa dicuntur absolute que cum certa limitatione sunt intelligenda, ita & hoc loco Ecclesiae nostrae dux Christus non dicit peccatum hoc αὐτῶν & simpliciter esse irremissibile sic ut defectus sit in gratia vel causā meritoria (cum, ubi abundet delictum, ibi superabundat gratia Rom. 5. 20.) quod longe abs sanctissimo veritatis ore abs foret, cum peccatum quamvis atrocissimum & horridissimum prævia pœnitentia remitti possit: sed ratione existentia, sic ut defectus sit in causā instrumentalī s. organicā, quia talis peccator ab ipso Christo, extra quem nulla pro peccato reliqua est hostia volenter deficit, & in cordis impoenitentiā s. induratione finaliter pergit. Interim non diffitendum est, nimium hic variare Eruditorum sententias; alii existimant hoc grande peccatum ideo dici irremissibile quod raro ac difficulter remittatur, alii vero, ita dici quod non habeat excusationem coram hominibus, utraque hæc interpretandi ratio hic prorsus aliena videtur. Non illa quia Christus expresse pronunciat, peccatum istud non remitti neq; in hoc, neq; in futuro seculo, quod tamen valet non tam de potentia, quasi sua natura peccatum hoc esset irremissibile, quam de actu, velut quod non remittatur actu scilicet ex accidenti propter contumacissimam mediorum salutis abjectionem. Non hæc, quia agit hic salvator de remissione tali quæ apud solum Deum valet nec excusationem habet sive in hoc sive in futuro seculo. Cum hæc in hac vita tantum inter mortales locum habet, D. Walth. Harm. Bibl. p. 769.

§. XXI.

§. XXI. Urgent qui pro peccato hoc velut remissibili,
etsi difficulter tali, pugnant locum Matth. XII. 33, ubi convictos
de hoc peccato Phariseos Christus sic alloquitur: facite arbo-
rem bonam & fructum ejus bonum, quod utique non fecisset si
absolute irremissibile foret quid n. aliud per bonam arborem
facere significat, quam seriam peccati hujus pœnitentiam age-
re & declarare sincero & non suato affectu exterius quales in-
teriorius essent? Et huic assertioni adstipulatur ingens Docto-
rum cohors. Chemnitius in Harmonia ad hunc locum
Matth. 12, ita fatus, *peccantibus in Spiritum Sanctum à Christo fu-
isse annuntiatam & inculcatam pœnitentiam in ipso loco Matth.
12. 33. id quod frustra Christus fecisset, si existimatasset peccatum in
Spiritum Sanctum, nec posse nec solere remitti.* Polycarpus Lyse-
rus in Cont: Harm. Evang. Chemnit. fol. 214. ante finem vite,
inquit, de nemine statui posse, quod sit damnatus, etsi videatur esse
ex obstinato corde contumeliosus in Spiritu S. fol. 215. fideles ministri
non debent desistere, eos qui in officium Spiritus S. peccare videntur
serio ad pœnitentiam hortari, sicut videmus Matth. 12. Christum
idem quo ad Scribas & Phariseos fecisse. Nam ob hanc obstinatam
ipsorum malitiam, & effusam calumniam non protinus eos deserit,
sed seria concione pœnitentiae apud ipsos instat, ostendens I. unde hac
ipsorum improbitas proveniat. 2. quomodo eam corrigerre debeant,
quid ipsos vel tandem maneat, si recte monitis dare locum noline.
Et fol. 120. vult igitur dum dicit, facite arborē bonam, & fructus ejus
bonos ut imposterum aliter se ministerio suo accommodent, ex animo
resipiscant, prava vita sua prioris studia & diabolicum adversus se
odium detestentur. fol. 224. sic Salvator noster Christus suo exemplo
prolixè docuit suos ministros, qualiter virulentissimos & acerbissi-
mos suos, suæque doctrinae hostes & calumniatores, etiam qui in
Spiritum S. peccare videntur tractare debeant. Non protenus de-
bent de iis desperare, nec mox eos Diabolo tradere, sed prædicando
verbum, arguendo, obsermando, increpando, in omni patientia &
doctrina

doctrine instare. Hunnius sup. loc. Heb. 6. p. 2. L. C.; si tales qui hoc etiam peccato se contaminarunt agnita sua malitia redirent, & ad gratiam Dei adspirarent: & remissionem peccatorum peterent, dubium nullum est quod hujus etiam blasphemie sue dimissionem essent consequuntur quod adeo verum est, ut Christus ipse, licet Pharisaeos peccati in Spiritum Sanctum palam accusasset nibilominus immediate subjungat Matth. 12. aut facite arborem bonam &c. Brentius, quem Lutherus sibi ipsi in multis præfert. in Catech. pag. 248. Dicitur quidem, insit in Epistola ad Hebreos c. 6. de peccatoribus in Spiritum S. fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, si prolabantur, denuo renoverentur ad paenitentiam &c. 10. si volentes peccaverimus post acceptam cognitionem veritatis, non ultra pro peccatis reliqua est hostia. &c. Hec autem non sic intelligenda sunt, quod aut defectores à Christo, non possint amplius reverti ad Christum: aut sunt peccata, que ne reversis quidem ad Christum remittantur, nullus enim est tam impius defector, cui non patet adhuc receptus ad Christum, si resipuerit nec ullum est tam horribile peccatum, quod non remittatur ei qui revertitur ad Christum per fidem: sed intelligenda sicut de his qui Christum ita abiciunt ut non amplius requirant eum, nec studeant ad eum reverti. Lutherus Tom. 4. Witteb. in Matth. c. 12. p. 546. Wie schwer die Sünde ist / so bleibt sie doch vergeblich / weil sie noch mag zum Bekanntnis kommen / wo sie offenbahret / und für Augen gesetlet wird / das were aber auch ein Teufflischer Zusatz / und auf der ander seiten wieder den Heiligen Geist gesündigt / wo man keine Vergebung glaubete noch annehmen wolte. Chytræus in Commentario suo in Matth. 12. p. 388. cæterum nos, ait, quantumq; sint nostra peccata, sciamus mandatum Dei esse, ut credamus omnia peccata remitti, & promissionem gratiae universalem & gratuitam esse uti dicitur venire ad me omnes. Item gratia exuberat supra peccatum. Item omnis qui videt filium & credit in eum habeat vitam eternam: itaque porta gratie nemini claudenda est. Hæc firmiter

firmiter accurateq; tenenda sunt contra Calvinianos qui absolu-
lute statuunt, minime sperandū esse ut venia impearent in hac vita,
vel in extremo iudicio absoluantur quicunque in spiritum blasphemaverint. Calvinus in Harm. Evang. p. m. 182. Illa vero de peccato
in Spiritum S. inchoato intelligenda & sic concilianda sunt ut
maneat verissimum, quod servatur Marc. 3. 31. aperte pro-
nunciat. *Qui blasphemaverit in Spiritum S. non habet remissio-
nem peccatorum in eternum.*

§. XXII. Nec desunt Feurb. Erasmi in paraphrasi in N.T.
Piscatoris in analysi log. in N.T. explicationes qui ad hortationem Christi hunc in modum expouunt. *Vos pharisaei judicatis bonum, & Spiritus S. opus esse in septuaginta meis discipulis, filiis vestris, qui similiter expellunt per digitum Dei hoc est per virtutem Spiritus Sancti, ab obsessis daemonia: in me autem ex Diabolico vestro odio, non quidem dominatis opus seu rejectionem daemonii: sed causam seu arborem hoc est meam Personam dicitis esse magicam, commercium babere cum Diabolo, & sic virtute Diaboli bonum opus efficiere. Si itaque fructum & opus dicitis esse bonum: necessum est ut causam quoq; dicatis esse bonam: quod si autem me dicitis esse malum, Daemoniacum seu magum, non poteritis opus vel effectum divinum
judicare, qualis enim arbor talis etiam fructus.* Licet enim haec explicatio non sit absurdula, Lutheri tamen & Chemnitii magis aliis arridet verisimiliorq; esse censetur. Sanè quod verissimis sacrae scripturae argumentis undiquaq; probatur & fulcitur, id seu ea sententia approbanda est: sed scriptura nobis suppeditat argumenta, per omnes gradus priores & intermedios hujus peccati in Spiritu S. quod scilicet quidā homines in illis à gratiā recedentes vel hāc excidentes nihilominus carnem bonam arborem & bonos fructus fecerint, hoc est conversi sint. Ergo eidem sententiæ in tantum nobis assensus est præbendus.

§. XXIII. Cum vero asseveramus contra Calvinianos
peccatum in Spiritum Sanctum non absolute & suā naturā vel

essentiā irremissibile esse; sed secundum quid & ratione existentia
idq; propter datam supra rationem (cui adjungi possunt hæc sa-
luti nostræ fulcra 1. gratia Dei universalis 2. universale meritum
Christi. 3. communis nostra fides, accedit Apostolica fides credo remis-
sionem peccatorum & quidem non aliquorum sed in universum omni-
um, deniq; disciplina Ecclesiastica qua ministris injunctum à so-
spitatore reserare januam gratiæ omnibus eam intrare volens
tibus seu relipiscientibus.) Non tamen 1. affirmamus hoc de
omnibus subjectis seu hominibus utpote qui in peccati hujus
commissione usq; ad vitæ finem perseverant inq; eo vitam fini-
unt: de talibus ambabus largimur manibus irremissibile esse &
manere: ut euim arbor cadit ita jacet. Nec versatur quæstio.
2. De remissibilitate peccati in se & sua natura spectati; hac
enim ratione formaliter; prout omne peccatum in se & suâ na-
turâ mortale, remissibile non est. Sed 3. σχεμῶς & comparative
potius intelligenda est nostra quæstio, partim ex hypothesi re-
mediorum salutis universalium, petulanter excusorum, par-
tim respectu aliorum quæ remittuntur peccatorum, utut mor-
talium.

§. XXIV. Hinc luce meridiana clarius patet irremissibi-
litatem non esse ipsum formale peccati in Spiritum S. nam vera
forma convertitur seu reciprocatur cum suo subjecto v. g. quo-
niā rationalitas est forma hominis; ideo reciprocè possum dice-
re, omnis homo est animal rationale, & omne animal rationa-
le est homo. Hæc reciprocatio minime valet de irremissibilitate
cum peccato in Spiritum S. quamvis enim verè dicere possum
omne peccatum in Spiritum S. Consummatum & perfectum
est irremissibile; reciproce tamen non licet inferre omne irre-
missibile s. quod ipso actu nequaquam remittitur est pecca-
tum in Spiritum S. Nam omnia peccata mortalia in quorum
volutabro quis vitam claudit, sunt equidem post hauc vitam ir-
remissibilia, nec tamen propterea confessum peccatum in Spir-
itum

tum Sanctum conficiunt; hinc itaque sua sponte fluit irremissibilitatem potius respectu actus secundi commune accident, respectu suppositæ autem finalis impoenitentiæ unâ cum hac necessitate consequentia necessarium προσκέψεων s. consecrarium vel consequens, quam formam peccati in Spiritum, Sanctum nuncupari.

§. XXV. Exstat dictum quoddam Johann. c. 5. 16. ubi Apostolus vetat ne quis pro peccato ad mortem oret, unde enascitur aliud peccati in Spiritum Sanctum consequens, scilicet *præcum nostrarum intermissionis*, quod hi qui in Spiritum Sanctum peccaverint, de quo peccato Joh. hic loqui præcipuorum interpretum unanimis est consensus, vel etiam quodvis aliud atrox flagitium incurserint, ut locum hunc intellectum vult Erasm. Rot: in annot. suis ad h. l. non digni sint ut pro iis in solenni Ecclesiæ conventu preces fundantur: quod tamen ita limitandum existimamus si incorrigibiles ac insanabiles fuerint, nec ullum indicium apparuerit vel spes affulserit vitæ emendandæ: tales enim ex Ecclesiæ contubernio ejici nec bonorum Ecclesiæ participes fieri jure meritoq; censentur, sin verò castigationem admiserint & ad frugem se receperint inq; viam redierint, vicissim recipi, consolatione erigi, Ecclesiæq; cuius putrida membra haec tenus fuerint, agglutinari debent.

CAPUT III.

De Subjecto.

§. XXVI. Circa hoc caput Calvinianos iterum & Photinianos invenimus nobis adversantes. Illorum positio haec est, quam Calvinus ipse in Harmonia Evangelistarum tradit p. 132. qui *Spiritus luce privati sunt, quantumvis detrabunt de Spiritus gloria, rei tamen bujus Criminis non agentur,* & paulo post tale Sacrigium

gium à nobis non committitur, nisi dum habitantem in nobis Spiritum
scientes extinguere conamur, paucis adhuc interjectis, in Spiritum
non maledicit vel peccat: nisi qui ab eo regeneratus, impia rebellionis
sibi conscientius. Hi verò prout statuunt peccatum in Spiritum S.
esse quodvis peccatum post regenerationem commissum, ita-
stante hac hypothesi non possunt non asserere hoc peccato ne-
minem se polluere nisi veritatem Evangelicam habuerit agni-
tam, verba Schmalzii contra Frantzium Disp. de pœnit. sect. V.
th. 44. hæc sunt. Nam si post agnitionem veritatem Evangelicam,
& post semel exutum peccatorum habitum iterum peccati vel unius
vel multorum habitum contrahat; jam impossibile scil. apud homines
est, talem rursus renovari ad pœnitentiam, utpote qui Christum de-
nuò crucifigat.

§. XXVII. Ut verò quæstio de qua in præsens contro-
vertitur melius percipiatur, nonnulla prænotanda sunt, quibus
observatis de mente nostra manifestius patebit. Ultrò namque
fatemur non omnes sive Ethnici sive Judæi fuerint, hoc desio-
gnare peccatum, quibus nimirum i. neque doctrina legis sive
pœnitentiae: neq; opera verè divina innotuerunt. 2. quia pro
divinis, infinitaque virtute profectis non agnoverunt. 3. post
agnitionem eorundem nunquam iverunt negatum. 4. Vel, ut-
ut negarint, obstinatè & cum cordis obduratione non se oppo-
suerunt, nec vehementer persequuti sunt: sed de his cardo quæ-
stionis vertitur. 1. qui verbum Dei sibi prædicatum & annuncia-
tum idq; infinitis Dei operibus corroboratum audiverunt. 2.
quiq; convicti erant in sua conscientia, propriaq; Confessione,
confessi sunt miracula illa unicè & solum digito Dei facta esse,
nihilominus tamen usque adeo occalluerunt animum suum o-
mnesq; sensus, ut voluntati Spiritus luculentissimè manifes-
tæ, miraculis confirmatae ab ipsis agnitæ, assentiri nolint imo
potius eidem resistant & oppugnant.

§. XXVIII. His prælibatis asserimus contra supra nomi-
natos

natos hæreticos qui peccatum hoc nimis strictè circum-
scribunt; Etiam cadere in hos qui i. Extra Ecclesiæ s. uni-
versaliſſ. particularis & strictè ſic dictæ conſortium ſunt: ut
ſunt Gentiles, non tamen in quosvis, ſed ad quos verbum
Divinum perlatum eſt, in quorum auribus ſonuit, divini-
tusq; miraculorum teſtimoniis firmum factum eſt: qui qui-
dem non ullius infirmitatis & ignorantia praetextu ſe juvare poſſ
ſunt: ſed ex neocarpeſte & destinata malitia Deum agnoscere &
ſcire noluerunt, operibus ejus non tantum illudere, quam præſtigiis
& Diaboliciſ illusionib⁹, iis in ſpeciem ſimilia oſtentando, eli-
dere ac deſtruere conantur: in hunc ordinem protrahendus
eſt Pharao Rex Ethnicus & quidem extra Eccleſiam conſi-
tutus. Ille Deum per Moſen ſibi prædicatum neſcivit:
neſcientia practica ſcilicet id eſt non curavit nec timuit, vir-
tutibus Dei vim derogare per incantatores ſuos velis re-
miſiq; contendit. Et tamen poſtmodum conſitebatur digitū
Dei per quem opera ipſa illa efficiebantur. Tandem ad-
huc maniſtius convictus, agnovit peccatum, animi ſui
factum ac improbitatem ac petiit ejus veniam ac condonationem. Exod. 5. 2. Exod. 7. 11. & c. 9. 16. Quicunq; igitur
ex deliberato Conſilio poſt luculentiſſimam veritatis divi-
nae propoſitionem, & hujs cognoscibilitatem, contra pro-
priæ Conſcientiæ luæ dictamen, iſum Deum negat, opera
ejus divina irridet, cultum impedit, ille peccatum in Spi-
ritum Sanctum committit: atqui Pharao &c. Major exan-
tea allatis ſatis evidens eſt ejusq; conſequentiæ ratio fir-
ma, nam qui Deum iſum ejusq; veritatem, ſive verbi & do-
ctrinæ ſive facti quoque & miraculorum, oppugnat, qui
ministerio Spiritus iſum per Moſen convertere volentis
reſiſtit, ille Peccati in Spiritu S. reus eſt, atqui Pharao. &c. E.

§. XXXIX. 2. Gertum quoq; eſt, peccatum in Spiritu
S. co[m]petere iis qui ſunt in Synagoga ſeu Eccleſia Dei

D

non

non tamen de ea; ut hypocritis sive non renatis, sive post regenerationem Apostatis, cujus documentum præbuerunt auditores Jeremiæ c. 44.7. & seq. tum etiam Pharisæi inten-
sissimi Conservatoris hostes, quos hujus teterrimi peccati
reos imo cœco furore obrutos incusat Matth. 12. ipse Christus. Mirari certe subit τῶν σκληροτερεχόλων dementiam, contra
quā illi tot seculis sibi præfiguratum & promissum tanto
desiderio exspectaverant efflagitaverantq; de cuius adven-
tu tam ex evidentissimis Prophetarum oraculis, quā operum
stupendo fulgore, instructi ac plus satis convicti erant,
venturum sc. & restituturum, quicquid per Diabolivæ fricti-
em hominisque incogitantiam collapsum deperditumque
erat, & quidem eo tempore quo res eorum Politica in pe-
jus ire, everti, aboleri, alienumque imperium juxta tum-
vaticinia, tum propriam Paraphrastrarum Judæorum
confessionem, agnoscere subditi deberent, nihilominus
tam spissam menti eorum obductam caliginem ut his
omnibus spretis insuperque habitis adhuc alium
utpote ipsorum imaginatione verum Messiam, sperent
venturum quis. tertia vice sanctam terram intrabit, tem-
plum tertium ædificabit, asyla prioribus addet, in liberta-
tem ipsos vindicabit, quam unam cum prodigiosâ rerum
omnium abundantia sine ullo rerum adversarum vel mi-
nimo impetu, afflatu ac aspiratione sibi promittunt: vah
quanta insania quæ cœcitas ac extrema delirandi perversa-
cupido. Quicunque igitur post tantam veritatis revelatio-
nem verum Messiam scientes & volentes contemnunt &
purgamenti vice habent, ejus opera flocci faciunt & Dia-
bolo adscribunt, doctrinam ejus Evangelicam respnuunt; le-
galem hominum assumentis ac traditionibus obscurant ad-
ulterantque illi, atrocissimo peccato in Spiritum S. se con-
taminant, atqui Pharisæi utut iregeniti homines &c.

Ergo

Ergo. sciverunt inquam Christum seu Messiam' Hevæ in
Paradiso & Patriarchis promissum, è stirpe Davidis nascitum,
& quidem in urbe Bethlehem, eo tempore quo scepter
seu regimen Judaicum in peregrinum seu ex stem-
mate Judæorum non prolatum transferretur. Noverunt
imo sponte confessi sunt, neminem talia ac tanta quæ ipse
fecit unquam fecisse, nec sine divinâ virtute fieri potuisse,
& tamen etraduxerunt ceu Diaboli commercio facta. In-
ficiari non potuerunt doctrinam cælitus delapsam, & ipsum
JESUM ex sapientiâ divinâ loquutum fuisse &c. Et tamen
his omnibus partim se nefario ausu opposuerunt, partim
execrando invidiæ œstro percognoscere noluerunt, unde
gravius ipsis reservatum est judicium.

XXX. Poterit quis hoc modo inferre & dicere: pec-
catum in Spiritum S. versari non tam circa mores & vitam,
quam circa verbum Dei potius & fidem. Jam verò Eth-
nici & Pharisæi caruerunt Evangelio; nec salvifica ornati
erant fide; utpote nondum illuminati nec regenera-
ti, neque fide, quod Spiritus opus est, donati, idcirco quem-
non noverunt, notitia scilicet salutari & ex fide profecta-
in ejus munus & officium nec peccare potuerunt: Ergo.
Verùm facilis est responso i. adhibita antea data distinctione
inter cognitionem γερματικὴν seu literalem & Pedagogicam,
& πνευματικὴν seu spiritualem: illam omnino requiri ad pec-
catum in Spiritum S. hanc verò non semper: sufficit nuda
veritatis agnitio, quamvis agnitæ istius gratiosa in animis
obsignatio non semper adfuerit: unde enascuntur duæ illæ
species peccati in Spiritum S. altera quando peccans quo-
que actu ipso renatus & à Spiritu S. per gratiam actu reverâ
illuminatus fuerit de qua loquitur Epistola ad Hebræos
c. 6. γένσαμένς της δωρεᾶς επεργασίας καὶ μετόχους γενηθέντας
πιστούς ἀγίους, καὶ καλὸν γενουμένους θεοῦ ἐργα, δοκάμενοι τη-

¶ & dicitur, altera autem quando veritas nude & juxta
literam scitur & per paedagogicam illam cognitionem au-
ditor in conscientia de veritate convictus tenetur; absque
speciali tamen gratiosa Spiritus S. illuminatione & inha-
bitatione. ipsiusque sic verbi salvifica applicatione obser-
vanda legis distinctio, qua consideratur vel ut norma & regu-
la actionum & hac ratione peccat in ea qui ea non observat,
vel ut doctrina & verbum Dei, pars fidei & doctrine, & sic eam
transgreditur qui eam vel negaverit, vel blasphemis ama-
rulentis incesserit, tanquam a Deo non ortam: sed a Diabolo
productam. 3. itidem ex superioribus patet veritatem pariter
dupliciter considerari aliam esse verbi & doctrine, aliam facti
& miraculorum, per utramque se exerit officium Spiritus, vel
docendo, intus movendo alliciendo blandeque per verbum
trahendo, vel extrinsecus per miracula fortius compellen-
do. Hæc itaque si quis scienter volenterque respuerit, con-
victiatus fuerit, vel insuper habuerit in spiritum S. peccare in-
cipit: hinc 4. huius sc. qui officium Spiritus his modis sibi
oblatum non receperit nec amplexus fuerit, neque, virtute
gratiae prævenientis & excitantis, lubens debitaq; animi
reverentia, obsequio, pietate, admiratione ex osculatus fue-
rit, & quovis pretiosissimo animi corporisque thesauro cari-
us habuerit, fide donari, eusque illuminationis particeps
fieri non poterit: ordinariè enim refractariis, contumacibus
immorigeris Convitiatoribus & rebellibus sua beneficia
non dispertit suaque dona distribuit Spiritus pacis ac man-
suetudinis, intercedit immittendo suspiria & gemitus cor-
dibus contritis, non incessanter obstinatis: nec prius ille
deserit ipsos, quam prius desertus & fugatus ab iis.
Quemadmodum apes quovis ingrato fœtore abiguntur,
ita Sanctus Spiritus turpissimo apostasiæ & quibusvis aliis
peccatorum cordibus expellitur, nec nisi domum a seipso,
præpara-

præparatam ornatam sanctissimis virtutibus svavissimo pa-
riter ac dulcissimo precum odore refertam, inhabitare
gestit.

§. XXXI. Nec multum negotii nobis facessit, quod
Pharisæi dicantur cœci & cœcorum ductores, prout de eo-
rum excoëcatione ratiocinatus est Esaias c. 6. 9. Quicunque
igitur lumine oculorum privatus à recta via decesserit; non
tam in culpa est, quam qui oculis sanus deviaverit, atqui
Pharisæi imo etiam gentiles quidam tales fuerunt. Ergo.
Jam verò peccatum in spiritum S. requirit agentis scientiam
non verò ejusdem cœditatem & ignorantiam, prout enim
cœcitas & visus sibi invicem contrariantur unumque alte-
rius abolitionem significat, ita etiam scientia & ignorantia
pariter stare non possunt. Verùm quamvis aliqua ex par-
te supra huic satisfactum sit objectioni, hic uberioris
explicationis gratia illud addendum est, scientiam & occoëca-
tionem non eodem: sed diverso modo hic sumi, adeoque in eodem
subjecto optimè coalescere posse, sicut cum sanctus Isaias
c. 6. tum Conservator Joh. 12. 40. utrumque conjunxit vi-
dere & non videre, scire & non scire, quorum alterum videre
& scire de nuda & literali visione vel externâ & pedagogicâ
cognitione intelligendum, alterum verò de spirituali veritatis
agnitione conjuncta cum plenaria fidei πνευματικâ & cordis
animique fidelis, infucato ac indubitate assensu ac consensu acci-
piendum, adeoque non de omnimoda eorum occoëcatione
ac ignorantia nisi affectatâ & voluntariâ allegata loca lo-
quuntur: sed de tali quæ destituta est spirituali illa γνῶση
quam suggerit suppeditatque Sanctissimus Spiritus iis qui
eam querunt summoque studio & animi ardore investi-
gant ac sitiunt, quævis alia steroris aut purgamentiloco ha-
bentes dūmodo ea Spiritus gratia potiantur. Dicuntur præ-
terea quoque cœci & ignorantes ob supinam illam negligen-

tiam & detestandam securitatem, qua id quod primario iplis agendum foret, seponebant ac circa quisquilias sedulo studioseq; versabantur, primaria enim iplis eura merito esse deberet, ut ea, qua fas erat, humilitate ac devotione sese animarum suarum medico, fidelissimoque suo pastori prosternerent, medicinam curationemque expertentes, ac quicquid morbo cæteroquin lethali ac ferè insanabili obesset, evitarent ac cane pejus & angue fugerent, sordida vero operum suorum catharmata in tantum ad latus ponerent dum edocti essent quæ opera & quaratione Deo grata essent & in eorum usum cedere possent. Illi verò contrà prius negligenterunt posteriori adhæserunt, æstimantes se satis perfectos, justitiam suam satis consummatam, opera sua sibi satis constare, si modo extrinsecus & specieten⁹ bona essent: quamvis intrinsecus cadaver & morticinum spirarent, planè in eū modum quo valetudinarii, quorum faciem si intueris, apparent robustâ sic satis sanitatem, resque cum illis satis bellese habere, cum tamen quoad internam Corporis dispositionem ne hilum quidem sani reperire sit. Extrema itaque dementia est non prius sollicitum esse de interna sanitatis restitutione, quicquid tandem sit de pulchritudine ac decore externo. Ita Pharisæis inæstimabile istud animarum Pharmacum Christus Jesus oblatus fuit; quem illi contempserunt pedibus calcaverunt: atque sic ipsa ~~ægroti~~
~~euadis~~ s. bona fragrantia illis facta est odor mortis ad mortem 2. Cor. 2. 16. quis non eos cœcos amentes insanos ac deliros diceret?

S. XXXII. 3. In ipso Ecclesiæ gremio reperiuntur qui magis etiam hujus peccati inquinamentis sese conspurcant: illisque non tantum literali cognitione jam imbuti, quin insuper spirituali ac gratiosissima Spiritus illustratione copiosissimè instructi, Sanctæ communionis Cives seu

seu renati, & in fædus quod cū Deo in baptismo pepigerunt
recepti, qui quidem mortales in dupli sunt discrimine: vel n.
sunt Doctri & erudit qui aliis præire ac prælucere sanæ doctrinæ
& vita inculpata merito debeat, adeoque, quæ ipsi à
Deo injuncta ac concredita sunt fideliter aliis communica-
re atque talentis sibi traditis negotiari, quò animas quam
plurimas Domino suo lucrari possint; verum soepe fit; ut res
in contrarium vertatur, ut quò quis major sit aut eminen-
tior, eò soepe numero lapsi atq; erroribus vicinior sit: quò
quis eruditior aut subtilior, eò in hæresin videatur incli-
nare magis vel etiam ire. Nunquam fraudum suarum des-
sinit Satanas. Qui nullos citius in præcipitia protruserit,
alios, quam quos suopte filios nimium ingenio, aut doctrinæ
inflatos, ab illa semel tradita fide, adeoque nativo illo
literarum sensu alieniores videat. Commentante nonne-
mine Excellent. viro supra solennitate Sanctissimo Spiritui
Sacra. Exempla si pertexeremus, abunde nos circumflu-
rent, eorum qui seu rædio veritatis seu suggestione Sata-
næ quidvis aliud accipiunt quam simplici adhærere fidei.
Erat quidam præcipitante seculo superiore, nomine Ada-
mus Neuserus Pastor Heidelbergensis, qui Calvinismum
detestatus, prolapsus est in Arianismum, hunc viceissim dese-
rens in Turcismum, Constantino poli Circumcisionis Sacra-
mento initiatus, eques Turcici Imperatoris postmodum
factus, in qua ðorsicia demum vitæ suæ clausit diem; docu-
mentum seipsum exhibens manifestissimum peccatoris in-
Spiritum S. plura silentii si paro lubens prætereo. Ejusmo-
di enim hominum quibus tam clare ac splendide limpidissi-
ma illa veritatis lux circumfulxit, longè adhuc deterior est
conditio, quam eorum qui hactenus in tenebris, vel in-
quorum animis non usque adeo intimè veritas Cœlestis
egerit radices, fatente D. Hunnio volum. Theolog. Disput.

7. p. 76.

7. p. 7 6. interim tamen profundius, ait, se se huic peccato immer-
gunt, qui non solum convicti Spiritus S. testimonio, sed eodem in-
super ceu pignore & arrha in agnita veritate gratiose ob-signati;
vereque illuminati fuerunt: atque post in execrabilem hanc blas-
phemiam ruunt præcipites, vel indocti & rudes, in his non raro
evenit ut Spiritus testimonium scientes & volentes à cordi-
bus suis excutiant, quò vel turpissima libidini suæ eo faci-
liùs morem gerant, etique bellissimè procurent, vel quo
delicatiorem ac laxiorem vivendi rationem instituere pos-
sint; nihil pensi moderatique habentes, cui nefandissimo
errori se se emancipent, vel penes quos populos degant:
quorum animis vel vanâ ac probrôsa simulatio residet juxta
illud Euripidis: *Juravi lingua, mentem injunctam gero,* &
Muhammedis in Alcorano: *Jusjurandum ex corde factum*,
non aliud, vos coram Deo reos efficit, vel cum Rhetorio: *apro-
bantes omnes hereses nec ullum errare asseverantes* cui impius
Mahummed iterum in Alcorano assentitur: sciendum, ait,
generaliter quoniam omnis recte vivens *Iudeus S. Christianus*,
seulege sua relictâ ad aliam tendens, omnis scilicet Deum ado-
rans, bonique gestor, indubitanter divinum amorem assequetur.
Idem sentiebat Julianus Pelagianus, contendens alienos à
fide veram posse habere justitiam. Quorum mentes talia per-
suationum monstra invaserant, quod è plebe hominibus
proh dolor! justo saepius contigit; adeoque veritati cui ha-
cenus addisti fuerant, renunciant: quid aliud de illis sta-
tuendum, quam quod peccato in Spiritum S. se contaminaverint? de quibus ut & superioribus Epistola ad Hebr. cap.
6. & 10. ex professo agit, nec aliud hos & illos, ni ante consum-
mationem resipuerint manet quam horrenda iudicij exspe-
ctato, & ignis fervor qui devoratus sit adversarios.

§. XXXIII. Finem jam ex promissi fide imponere-
mus dissertationi huic, ni unum vel alterum attingere in
men-

mentem venerit, quæ præterire grande nefas esse ducimus
eò quod multorum suspensa tenuerint ingenia, nec omnibus idem de iisdem fuerit judicium: Matth. 12. Conservator
νῦν ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἡ Φρεσκότης ἀντός, hic haud
frustra queritur quid per peccatum in filium hominis in-
telligatur? hanc quæstionem Lutherus ipse Tom. 4. Jenensi
fol. 450. solide explicat, quando ait. So sihe nun den
Text und die Wort an: wer etwas redet wieder des Men-
schen Sohn / das ist / ihr möget wieder den Menschen
Christum / und seine Christen lästern: er seye ein Sünder/
und wie sie ihn anderswo schelten / ein Fresser/ Weinsäufer/
der Zöllner gesellete. Item als die Juden seine Mu-
tter ein Bubin scholten; was die Persohn antrifft muß
Er als ein Mensch von den andern leiden / und vergeben;
Aber da er in seinen Umpf daher ins Liecht antrit / predi-
get und wundert / daß sie die helle Warheit sehen / und
dennoch da wieder lästern / da wird nicht des Menschen
Sohn geschmehet / sondern der heilige Geist / etc. Cum
Lutherus facit Cornelius à lapide p. 264. opponit, inquit, Chri-
stus hanc blasphemiam in Deum & Spiritum S. blasphemie in fili-
um hominis, qua nonnulli humana Conversatione & Convictu
Christi offensi, facta ejus humana calumniabantur, vocantes
eum vini potatorem, amicum peccatorum & publicanorum, eò
quod viderent Joannem Baptistam abstemium, rigidum, austereum,
& solitariam agere vitam; qua proinde excusabilior erat,
& minus venia indigna, quia hominem tangebat non Deum.
Ex his elucescit peccatum in filium Dei esse ejusmodi am-
biguo, quæ committebatur aut in Christi personam quoad
statum ejus exinanitionis: aut in ipsius vitam & Conversa-
tionem, dum eum vocabant fabri filium, Samaritanum,
amicum & consortem Publicanorum, traditionum phari-
saicarum prævaricatorem &c. hæc & alia quæ ejus Perso-

E

nam

nam sic concernebant, & ipsi tanquā nudo homini imputabantur & assingebantur; ipse ut homo remittere ac innocentiæ suæ velo obtegere ac obvelare voluit, ideo etiam dicitur istud quidem peccatum remissibile, vel ut Cornelius loquitur *minus venia indignum*.

S. XXXIV. De Peccato veneficorum & beneficarum seu sagarum Colophonis loco paucis subjungere libet. Nihil enim familiarius est indoctis & vulgaris sortis hominibus, quam hos & istos pro peccatoribus in Spiritum Sanctum habere, quæ ipsorum opinio non videtur esse nihil. Nam quisœdus cum Deo in baptismo initum violat, ac novum cum Diabolo paciscitur, verum scil. Dominum rejicendo, spurcum verò ac spurium recipiendo, ille peccat in Spiritum Sanctum. Eo enim, quod Christum abnegant patrum cum eo per regenerationis lavacrum initum rescindunt, eo ipso omnibus ejus beneficiis valedicunt, spem ac fiduciam in eum deponunt, fidem, sine qua impossibile est placere Deo, amittunt: atque hæc omnia Satanæ deferunt. Ergo tales homines quotquot post *φωτομόν* s. illuminationem sponte deliberato consilio, abnegato vero Deo & ejurato cum fide in Deum baptismi sacramento se se Satanæ abominabilibus ceremoniis mancipant, vel obligant, peccatum in Spiritum S. committunt & succedente in tali statu finali perseverantiâ æternum pereunt: ceteri à Diabolo miserè fascinati vel seducti, si ab errore suo desistant, Satanæ dominium abjiciant, ac Deum abs quo turpiter defecerunt, iterū seria poenitentia ac Consilii in melius mutatione, ardenter simis lachrymis ac suspiriis de venia ac condonatione sui delicti & *ἀναστάσιας* obsecrent, confisi ejus elementissimis promissis, si impius ab impietate sua quamvis gravissima destiterit, ipsum vivere & non mori debere, jubentur de suâ ipsorum salute melius sperare.

F I N I S.

Ad
CLARISSIMUM
DN. JOHANNEM SVENO-
NIS PFLACHERUM,
Philosoph. Magistrum Eximum, SS. Th.
Cultorem fulgidissimum,
pro Disputatione, quam conscripsit
de
PECCATO IN SPIRITUM S.
publicè responsurum.

TRistius haut ullum culpæ datur argumentum
Quam quæ de Sancto Flamine nomen ha-
bet
Gratia cælestis, quæ cunctos advocat, atq;
Æternâ nullum morte perire cupit
Irritata satis, variisque procacibus ausis
Concita, quæ summum Numen ad arma vocant
Flaminiyomiq; decus gladii, dextramq; rubentem
(Tunc precibus superest nullus in orbe locus)
Blasphemæ punit tandem convicia linguae
Et scelerum celeri morte perire jubet
Scillito quamvis decies purgetur acero
Juverit haut Samii tunc Lucumonis opus.

E 2

Hæc

Hæc tibi sub doctas venere pericula chartas,
Materies certè digna laboris erat.
Atra licet sit culpa, nec intestabile crimen
sit magis, ex atro candida signa feres.
Ambrosias aliis Veneres, Hyblæaq; verba,
Linque, tuum patro constet in orbe decus,
Quem non ad literas si quis, sed sola valere
Prælia, Mavortis munera sæva putet
Fallitur. Illa quidem multis celebrata triumphis
Signa vagi campis extimuere Schythæ
Sed minor haut gentiliterarum gloria constat
Hanc mage, quam titulum laudis ab hoste petit.
Scilicet his geminis constat victoria signis
Majus, ut à literis, & pietate, decus.
Sanguine quæ caret, hæc verâ non laude carebit
Pugna, tuas lauros cingere palma potest
Nunc saltem, PFL ACHERE, Rosæ concende ca-
thedralm
Egregium præsta te, velut opto, virum.

Honori & amori
erga
D.N. Auctorem & Respondentem
quod debuit
L.M. Q.

Augustus Varenius.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740880071/phys_0041](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740880071/phys_0041)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740880071/phys_0042](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740880071/phys_0042)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740880071/phys_0043](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740880071/phys_0043)

DFG



Ad
CLARISSIMUM
DN. JOHANNEM S.
NIS PFLACHERU
Philosoph. Magistrum Eximiū
Cultorem fulgidissimum,
pro Disputatione, quam conscri-
de
PECCATO IN SPIRITU
publicè responsurum.

Tristius haut ullum culpæ datur a
Quam quæ de Sancto Flami-
bet
Gratia cælestis, quæ cunctos advocat,
Æternâ nullum morte perire capit
Irritata satis, variisque procacibus ausis
Concita, quæ summum Numen ad a
Flamini vomiq; decus gladii, dextramq;
(Tunc precibus supereft nullus in orb
Blasphemæ punit tandem convicia lin
Et scelerum celeri morte perire jub
Scillito quamvis decies purgetur acero
Juverit haut Samii tunc Lucumonis

E 2

the scale towards document

